



BIBLIOTEKA


Zakl. Nar. im. Ossolińskich

XVII

4822







MELOS EPITHALAMICVM,

D V M

In Aula, Illustr. & Celsissima Principis ac Domina,

D. CHRISTINÆ

Comitis, in Wisnicz, & Iarostaw,

RADZIWIŁIÆ,

In Olyká & Niezwiez Ducissæ,

Magni Ducatus Lituaniæ Cancellariæ,

Celsitudinis suæ,

Ordinarius Medicus,

Clarissimus & Excellentissimus VIR,

D. IOANNES VINCENTIUS MVCHARSKI

Philos. & Medic. Doctor, S. R. M. Physicus

& Secretarius,

FESTANVTIALIA

Cum Generosa & Lectissima Virgine,

ANNA SZENDZIMIEROWNA,

CELEBRARET.

A. CAROLO SIESZKOWSKI, Minorenni Studioſo,

Clariss. NEOSPONSI ex Sore NEMOTE;

Cum floridis è Parnasso Acad. Cracouiensis Donis,

In Obseruantia, & Votorum pignus,

DEDICATVM.

CHRONOSTICVM.

Musæum Defert Craci Latum s'Ametra,
Xulixs, hæc itidem porrigit Olyclæ.

CRACOVIE,


In Officina, ALBERTI SIEKIELOWIC, S. R. M. Typ.



Iungit amicitias, similitudo morum; quia amicus animæ Dimidium censetur. Libanius Declamat. 6.

Solem è mundo tollunt, qui tollunt coniugalem amicitiam, quæ tantò firmior, quantò longiùs durat: quia citò mutari non potest, quod per longa tempora custoditur.

Seneca ad Lucilium.



XVII-4822-III





A D

Clarissimum D. Neosponsum.

PROPHASIS.



Vdaciùs fortè, quam oportuit ; teneriori conatui meo, prouectus sum, Clarissime Dñe Doctor, AVVNCVLE Fauentissime ; dùm auspiciatissimà hâc, Connubialium Fëstorum Tuorum die ; tantos inter applausus, quantos amplitudini Tuæ, institui decuit ; eam potissimum, ardui operis prouinciam, mihi sumpserim ; quæ magnis non nisi ingenijs, Tuiq; similibus ; debebatur. An Verò, canere de Te, & aliquid in honorem nominis Tui, moliri ; minoris opera conatus, & qui ad manum cuiusq; post-tus sit, censendus est ? cum Tu, Excellentibus Virtutis, & doctrina Tuæ meritis, iam id olim effeceris ; ut quantò altius, ad præclara quæq; & excelso animo Tuo dignissima, quotidie contendis : tantò longius post Te, minores aliorum conatus, & laudum vestigia, relinquas. Circumstant Te, & minoribus curis eripiunt ; tot, tantaq; consumati in omni genere laudis, animi Tui decora, encomiorumq; insignia : circumstat Solennem Actum hunc Nuptialem, tanta lux ; tantaq; splendidissimi nominis Virorum dignitas, & excellentia ; ut nisi Threijcij Vatis, suauissimos numeros : aut dulces, oloris Venusini, cantus ; aut augustam Parthenopes maiestatem, circumferat : quidquid hic proferatur ; propè amusum, propè nihil sit. Quantula verò ista Vires meæ ? quantulum hoc pectus ? quantula hæc ingenij mei portio ? quæ à tanta luce confundi, non extimuit ; quæ antè etatis cursum ; quod diurna memoria etatem ferre valeat : meditari se aliquid posse, non desperavit. Nescio tamen quo pacto ; antequam oneri huic, infirmiores humeros supposuissem ; præuolabat animum meum, magnus ille ; quo teneri debeo, erga Clariss : & Excellentiss : D. T. amoris, & obseruantie affectus : qui ponderare illud noluit ; quod audissimè consequi exoptabat :

ignoscij, sibi maluit; quam in tanto gratulantium confluxu, non agnosci. Sciebam equidem, magna non nisi de Te cani, diciq; oportere; sed à Magnis: non ideo tamen, minoribus præcepta omnia: quorum infirmi licet conatus, ut tenerius amantur; ita excusantur facilius: ipsa non unquam balbutie oris disertissimi gratiam superantes. Hoc enim verò, ad Maiorem nominis Tui commendationem, Vir Clarissime referendum censeas; quod cum, Clarissima quæq; ingenia, multa in Te amore & admiratione digna, obseruent: eo usq; Virtute Tua profeceris; ut ætatem quoq; istam; quæ infra iudicium omne posita, seria nec percipit, nec ponderat; aliquid in Epithalamio Tuo, posse feceris. serid nempè id agens; ut Claritudo Tua, eam veræ gloriæ lucem, ubiq; circumferat; quæ non in acutiores tantum, maturi iudicij Virorum; sed in pusilla quoq; ætatis, infirmiores obtutus facile incurrat. Quantum verò illud est! quod lucidissimus olim, Illustrissimi Principis Radziuilij oculus in Te aduertit, probauitq;? à quo optimo sanè, & Sapientissimo Principe, probari; & in rei pretiosissima, valetudinis nempè arbitrum, eligi, diligiq; ; iudiciorum de Te apex summus est. Quem quidem honorificum satis de Te Magni Principis, & amantissimi olim Coniugis sui, sensim approbat hucusq; & confirmat, Illustrissima Consors Sua, Princeps RADZIVILIA, pietatis, prudentiæ, grauitatis, summi iudicij, & omnium quæ tantam Principem decent Virtutum, speculum & amussis; quæ probatam in Te, tot annis, Ordinarij Medici, virtutem & dexteritatem; ut tantò diuturniorem, eò deuinctiorem faciat; Sacro eam Connubij Vinculo, vinciri Voluit; & Illustrissima Domui suæ magis magisq; obstringi.

In tantò igitur, laudatissimi nominis Tui honore; inter tot, Nuptialium Festorum Tuorum ornamenta, cum tot vndiq; plenæ Votorum Solemnium voces, personent: permittas quoq; Vir Clarissime, quod & sanguinis necessitudo, & obseruantie meæ debitum, exposcit; tenerrimum Epithalamij mei melos audiri: in quo, si aliquid, infra Actus, & loci huius apparatus, insonuerit; excusabit illud, primus hic, ad Sacros Heliconis fontes, accessus meus; suauioremq; illi concentum & harmoniam; summa, quæ in Te humanitas est, aspirabit.

M E L O S
E P I T H A L A M I C V M, I.

Alludit Symbolicè, sub florido Musarum, venustissimi coloris dono; ac pulcherrimum, Clarissimi NEOSPONSI, & NEOSPONSÆ originis & virtutis decus.

ORdire, lætum, Calliope melos;
Latè sonanti disflue gaudio,
Vocaris ecce, ad Nuptiales
Nobilior Paranympa plausus,
Iô triumphes! ibimus, ibimus,
Circum iocantis litora Vistulæ;
Gradumque nobis, liliata
Sternet humus; roseique circum
Flores pudoris, purpureis pedes
Lambent corallis: ibimus, ibimus,
Latere Musa; laureato
Pegasidum comitante cœtu.
Pernix abisti? Musa reuertere;
Accinge dextram dona Virentibus
Carpemus hortis; aureisque
Virginei calatos laboris
Impleto donis. dulce feres onus
Dulcesque fructus. nunc pede eburneo
I Musa præpes; & nouellis
Diuitias reserato Sponsis.
O quos amoris nexus habet Sacer;
Par delicatum nobile Coniugum,
MVCHARSIANÆ gemma Gazæ,
SEDZIMIRÆQ; domûs Berylle.

Æterna dum Vos, fœdere mutuo
Catena stringit; quæso Venustius
Spectate donum; liliorum;
Quod Clarijs adoleuit hortis.
Vrgente Phœbo; dum placido gradu
Hyblæ recessus, Flora perambulat:
Spectate, pupillamque casti
Alliciat species nitoris.
Florum Venustus, quod rutilêt color;
Nomen decoris possidet aureum:
Natura pingit; penicillus
Quod nequeat meliore curâ:
Iungas Apellem Protegeni licet;
Et mille formis, mille coloribus,
Scrutare Gazas Gratiarum;
Cumq; suo Schola Zeuxe fudet:
Succumbet omnis dextera, ad aureos
Florum lepores. huc Volitet Tua
Ocelle, suadeo, sagitta;
Huc rapidos celerato Visus.
Hæc est Venustas florida, quæ Tuæ
Venustioris munera Gratia,
Reuelat orbi; totq; laudes,
Pectore magnanimo repõstas.
Sub candicantis pignore lilij,
Gratum Camœnis Symbolon exhibet
Amoris, ô qui dulciore
Corda geris! religata Vinclo.
Dilecte Phœbo DOCTOR, & omnibus
Dilecte Musis; sed tenera manu
Iam Victæ VINCENTI; Tuæque
Præda recens, & opima sponsæ.
Nam quæ pudici, Te modo Viderit,
Sagitta Ocelli, corda rapacibus,

Relinquit intentata flammis?
 Quæque Tuo negat ire passu?
 Rapique nolit mens, rigido licet
 Hæsit Catoni? cum Nitidissima
 Honosque, Virtusque; & togatos
 Gloria, quæ sequitur labores,
 Te duce cingat; laudeque nominis
 Tantâ coronet. scilicet æmulam
 Virtutis, & laudis Paternæ,
 Te sobolem dedit; atque summis,
 Magno togati, cum populi bono,
 Formavit olim rebus; ad ardua
 Ab vngue florentis iuventæ,
 Ipse Tibi speculum, ipse norma;
 Exemplar, & flos nominis inclyti,
 Parentisque dulcis; PETRVS honoribus
 Fulgens togatis; Gratiarum
 Delicium, Cytharæque Phœbi
 Quondam Voluptas; nunc Medicæ iubar
 Pulchrum Cathedræ; Cracia quem sui,
 Minerva, Doctorem Senatus
 Diligit, emeritæque honorat:
 Ætate Cygnum. nec Patrijs diu
 Curis, & alti lumine Iudicij,
 Formatus ad Vitæ paternum
 Sponte Tua, ruis ipse callem
 Seu fors Sophorum, bina Tibi suas
 Laurus, coronas offerat, & super
 Regale culmen exedrarum
 Te Cracij locet aula Phœbi.
 Maturioris seu Tibi gloriæ,
 Laurum supremam, cum Medici dedit
 Doctoris excellenti honore;
 Pallas, in Ausonij Vetustum

Numen Lycœis ; quæ Podalyria
In arte quondam, præscia viderat
Sublime nomen destinari,
Et Lechiæ Tibi Principales :
Mitrifque & altis nominibus domos
Latè coruscas Auspicio Poli
Fauente decerni, & fluenta
SRZENIAVIÆ pretiosa Lymphæ.
Hæc auspicatis, dum Tibi vouerant
Externa Votis omina ; Patrias
Respondit illicò per oras,
Vestæ citis, Tua fama pennis
Clarumque nomen ; quod Tibi feceras
Virtute, & alti dotibus ingenti
Ad vsque RADZIVILIANAS
Quod poterat penetrare Mitras.
Dos eminentis, quanta scientiæ
Lateret in Te, quantaque dignitas ;
Ad hanc probasti lucis augem,
Ad Litauæ radiosque solis :
Hic ille Princeps, vnio Principum
Nostri & sequentis gloria sæculi ;
Flos Vniuersæ integritatis,
Non pietatis amor, sed ipsa
Illata terris, & niueos Ducis
Induta Vultus ; quem calamus quoque
Testatur orbi, literati
Principis emeruisse nomen.
Ab hoc salutis, cura Tibi suæ
Commisssa, magni Principe nominis ;
Quem laudis accessum per omnes
Nobilium, procerumque cœtus,
Tibi pararit, conscia Publici
De Te loquatur Iudicij fides,

Magnique de Te sensus, & mens
Principis è LVBOMIRSCIANA
Domo, GEORGI; consilijs togæ,
Et bellicosus artibus inclyti;
Mauortis in campo, supremum
Sarmata quem veneratur omnis,
Victoriosi nominis arbitrum;
Superbientis cui licuit iubam,
Et colla Suecorum Leonis,
Ad placidos reuocare gestus;
Victosque latè sternere Pannonas
Casu pudendo; tetraque Moschua
Cudnouianis monstra campis
HERCVLEA domuisse dextrâ,
Et per trophæorum ardua culmina,
Ad æiternam tendere gloriam;
Donec triumphali fluento,
SRZENIAVIÆ fluet ynda ripæ.
Sic fata Magnis, non nisi Principum
Te destinârunt iudicijs, decus
Famæ perennantis referre;
Sic Genius Tuus ille Viuax;
Et illa docti munera pectoris
Dicata curis non popularibus
Iuère semper; quâ Virorum
Summus apex, & amica Phoebo
Iuère corda. hinc dum Tibi creditæ
Curam Salutis pernigilem dedit
CHRISTINA Princeps, RADZIVILLE
Dulce micans Cynosura Mitra;
SRZENIAVIANI magnaque nominis
Herois, & laus inclyta Principum;
Te quantum honoret æstimetque,
Iudicio hoc voluit fateri:

*Копіювана
велько екзібала
вілько, Іо Іо
Копіювана*

Sed quanquam adessent omnia; quæ Tuæ
 Clarere laudis nomina fecerant
 Tot inter ornamenta vitæ,
 Defuerat Tibi sola Sponsa
 Vitæque consors; quæ Sapientia
 Labore fessum postque negotia
 Leuaret interdum, suisque
 Illecebris Tibi cara Coniunx,
 Curas edaces, ex animo procul
 Et mœsta cordis nubila pelleret
 Cultu Maritali fideque;
 Et niueo sine nube vultu.
 Hanc è Vetussto SEDZIMIRÆ domus,
 Tibi pararunt Stemmata Sydera,
 Quæ possit vna Gratiarum
 Gratia, delictumque dici
 Hæc Te Maritum reddat; & aurea
 Tecum futuri sæcula gaudij
 Viuatque tot soles amicos;
 Quot Tibi sunt, niueoque dotes
 Quod illa claudit pectore; nec Patris.
 Iam dulce nomen differat amplius;
 Sed stirpe de pulchra Parentum,
 Proueniat Tibi pulchra Proles.

M E L O S

E P I T H A L A M I C V M II.

D I T H R A M B O N U P T I A L I,
 C L A R I S S I M I S N E O S P O N S I S

Solemnia Fortunatissimi Coniugij Vota, comprecatur.

Quidquid vsquam leporum,
 Quidquid est amœnitatum;
 Dulce quidquid, Atticoque,

Suavi-

Suauitatis rore tinctum,
 Mille nubis, mille guttis
 Nectar, & mel vniuersæ colligit dulcedinis,
 Conuocare, Nuptialis,
 Ad decora festa Pompæ;
 In Tuasque Sponse laudes,
 In Tuæque Vota Sponsæ;
 Vtriusque Coniugalis,
 Ad decus perenne nexus, mens inbet serenior.
 Ite dulces Gratiarum,
 Ite Musarum cohortes,
 Carminumque delicata
 Mille venis, mille riuus,
 Proruat dulcedo: perque
OLYCÆ Ducalis, alta depluat Palatia.
 Coniugum par, paramicum,
 Vinculo nexum perenni:
 Sponse pulcher, pulchra Sponsa.
 Ambo dulces, ambo grati,
 Præda Cypridis nouella,
 Ite Vobis Dithyrambus, Nuptialis promitur.
Clara MYCHARSCI propago
 Laureis fulgens Togatis,
 Palladis doctæ Voluptas,
 Sydus & decus medentum,
 Sponse VINCENTI quid istud?
 Vincis? an victus tenellæ, das triumphū Virginie,
 Cor amore, cerno Vincum;
 Annuloque Nuptiali,
 Eruditam cerno dextram
 Iam ligari, Teque Vinci
 Sponse VINCENTI quid istud?
 Masculum ne? pectus, istis subingatur artibus.
 An ligari, sicque Vinci

Vera libertas amoris?
 Cæcus an puer Diones;
 Flammeas torquens Sagittas;
 Corda figit literata?
 Et sophos triumphat, ipso fortiores Hercule?
 Si Catonis pectus illud,
 Ferreo ductum Metallo,
 Insolentis arma Diui,
 Flammeis vssere telis:
 Si Stagyrae summa virtus,
 Atque celsis fixa rebus mens, amores senserat.
 Quis pudor rapi Venusto,
 Ore Sponsæ pulchrioris?
 Atque Masculum, seueris
 Pectus, exemisse curis;
 Inque Sponsi Vota Sponsam,
 Inq; Sponsæ vota Sponsum, corde captiuo trahi.
 Iste lusus est amoris,
 Quo triumphat, alta quamuis
 Eruditi corda coetus;
 Vt nec in Te Sponsæ mirer,
 Corde tantum delicato
 Iam tuæ licere Sponsæ, tam bona Victoriâ.
 Sed nec ipsa, quæ pudici
 Flore, vultus purpuratum
 Sanguinem vicit Rosarum,
 Lacteosque liliorum
 Æmulatur ore cultus.
 ANNA cœtus Virginalis, liliū cultissimum:
 Tot licet Te Gratiarum
 Vinciat, vincatque donis;
 Absque Vincolo dulciore
 Viuit. imò Vincita quod sit,
 Inque foedus coniugale

Sponse, iam Tecum feratur, Sponsa gaudet lætior.

Illa SEDZIMIRIANI,

Sanguinis decus Vetustum;

Et paternæ Stemma Stirpis,

Cynthios inter nitores,

Martialem gestat ensē,

Totq; bellis, totq; fessum barbarorum cædibus;

Dextra quem germana fratrum

Martij dicata bellis,

In ferocis arma Moschi,

In Gethasq; Bistonasq;ue

Proq;ue communi salute,

Bellicosos inter ausus, Patriæ gestat bono.

Ensis Ostogæ decorus,

Hostium licet ruinis,

Cladibus, minaxq;ue crebris

Bella spiret, bella poscat;

Nunc amoris inter arma

Martios ponit rigores, pacis ambit foedera.

Nempè Sponsa pacis illum,

Non ferox Bellona tractat,

Sponsa DIANÆ Virago

Turturillis omnibusq;ue,

Sponsa mitior columbis

Sola quæ Sponso placebunt, pacis arma cogitat.

Ergo Coniugum recentum

Flosculi pares gemelli;

Tam Maritus, quam Marita,

Ambo Victores, & ambo,

Corde victi, quando Victi,

Aurei dies beatos, inchoatè temporis,

Auspicati solis orbes,

Norma temporum fidelis,

Annua mensura lucis,

Et perennis fons dierum;
Vniuersa faustiratis,
Aureisq; ducta venis; congregate sæcula.
Auræ lucis fauentes,
Roscidique mellis horæ,
Concitatit ite pennis.
Ite Garrulis Fauoni,
Nubium rotisque Vectæ;
Ambitumq; sæculorum, ferte pulchris orbibus.
Viuat, inter crudita
Mille vota, mille plausus;
Viuat, Æsculapianæ
Lumen artis, & corona,
Literati gemma cœtus,
Viuat, & famæ perennet, nominis MVCHARSCHII.
Viuat, inter Nuptiales,
Mille voces, mille cantus,
Viuat elegantiarum
Dulce pignus & voluptas,
Sponsa Nympharum decora;
Viuat, & decus coronet SEDZIMIRI Stemmatis.
Alitum Rex & potestas,
RADZIVILIANVS ales,
Fulminante quotquot ictu,
Hostium fudit cateruas,
Laureas quot, & triumphos;
Moschæ tulit ruinis; vota tot Sponso damus.
Annum Princeps SRZENIAVA,
Sanguinisq; LVBO MIRSCI,
Stemma clarum, stemma priscum,
Aureis quotquot fluentis,
Mersit hostes, fudit Vndas;
Quot trophæa monstrat orbi, vota tot Sponsæ sonent.

Fama quotquot RADZIVILÆ,
Bellicosa gesta dextræ,
Per Lechosque Litauosque,
Gentiumque per remotas
Prædicasse fertur oras;
Fauitatum tot precamur, plena Sponso munera.

Clara LVBOMIRSCIANI

Quotquot Argumenta Martis;

Seu Getes, seu Bessus illis,

Seu dolosi bella Gotthi,

Viſta toti conſtat orbi:

Tot fauentis pulchra ſortis, dona Sponſæ poſcimus.

Summa cœlorum poteſtas,

Vniuerſi rector Orbis,

Coniugalis Vora Feſti

Approba DEVS; nouiſque

Coelitus faucto Sponſis;

Prolis, & Vitæ perennis, eſto fons puriſſimus?



MVZA SLOWIANSKA,
NOWYM OBLVBIENCOM,
Wesoło fortunnych lat, y pomysłnych poćiech,
WINSZVIACA.

I.

Eżeli kiedy/ obfitey pochwały/
Z łupu/ nad inşe dostał celnieyszego;
Wielka Cyprido/ Syn twoy Bożek mały/
Płocha dziecina; lecz sercá meştego:
Z chybkiego łuku/ ogniste postrzały
Niecącz táiemnie/ do sercá czystego:
Tedyć mu dzisiaj/ y połow obfity/
Przyznać musiemy/ y kúnst známienny.

II.

Nie tak odważny/ nie tak pretkopiory/
Dołazał pietney/ w Priámczytku sprawy;
Trzech przednich Bogin/ przy Ideyski Gory/
Gdy w wdziecznym cieniu/ był sedzia nie práwy:
Nie tak Dánae Vrodziwey Cory/
Gdy Jowisz w złote/ zmienil sie postáwy;
Ami gdy z Marsá/ żárt nieostroznego/
Dał Wulkanowi/ v Cytheru swego.

III.

Jáko gdy sercá/ iák ná wybor sobie/
Sercá przyiáznia wiecna zmiwolone/
Wzárownie pietney chciał wybráć ozdobie;
W których záiemnie/ cheći podniecone/

Do tąd prowadził/ w skrytym swym sposobie/
Aż na nie/ iąrzmo słodkie iest włożone;
Iąrzmo Malżeńskie/ y wiecney miłości;
W którym niewola/ wolna beż wolności.

IV.

Y czegoż wiecey Cythereycykowi
Do odważnego kunsztu niedostawa?
Kiedy tak piękny łup/ Apollinowi
Wydarzył/ sławne zwycięstwo wygrawa.
Biorąc mądremu serce Doktorowi/
Paniem tak piękney/ zdobyczy zostawa:
A lubo Pállas/ groźnym okiem wżiera;
On przecie/ co raz vgonił/ odbiera.

V.

Co iest o Muzy? ktore w Helikonie/
Przy żywych zdrojách/ mieszkanie swe macie/
A laur Párnáski/ ná Dyzone skronie/
Czystem/ Pánienskich rak/ dzielem wkládacie:
Co iest? że serce/ co w wáśzey obronie/
Z mlodości żyło/ wiązać do puszczacie;
A gdzie Korony/ laurowe slynely/
Tám już Cypriyskie/ Mirty zaktwitnely.

VI.

Alec iák widze Párnáskie Boginie/
Y Phebus/ z nimi coś w tym vpátrenia;
Ze cie ná polow/ tak máley dziecinie;
Y ná roskożne petá/ nie zálwia:
Y owšem rádzi/ tak wdziecney nowinie/
Lutniec/ y pienia wesole gotuia;

A tysiąc Kwiecia sypiąc barwistego/
Drogeć/ pierścienia czynią/ do ślubnego.

VII.

Przyjdzie już tedy/ luboć wmyśl stały/
A mestwo czyni/ dątk Twoiey mądrości;
Zacny Doktorze/ przyjdzie twarde stały;
A nie w zruszoney/ serce stateczności/
Poddać tam/ gdzie cie już sata przezrzały;
A gdzie sie skłaniał/ z affektem miłości:
Gdzie zmiwolana obracał zrenice/
Na wieczną przyiaźń/ twej Oblubienice.

VIII.

A lubo Niży/ gdy cie na swobodzie
Chowając/ naprzod wolność ci stodzily;
Lub w Kratusowey Pallady ogrodzie/
Dwaćroć lauroweć Korony wwiły;
Na oku świata/ w wczonym zawodzie/
W Rzymie cie laurem/ Medickiem wczęły;
Przyjdzie Wczone laury troche skłonic;
A na czas Mirnym Weselnym zastonic.

IX.

O toć w Książecym RADZIWIŁOW Dworze/
Insze Korony/ insze Laury wita;
Przy tak ozdobnym/ tak wielkim splendorze/
O toć z Pamięskich Orszakow lilija;
Wktorey wrodzie/ iako rane zorze/
Wstyd purpurowy/ y śniegi sie kryja;
Za przyiaciela/ oddając wiecznego/
Ozdobe Domu/ SEDZIMIROWEGO.

X.

Tey/ iak fortuna/ Szlachetne zrodzenie/
 X starozytne herby darowala;
 Jak przez Drody wdziecney roziasnienie/
 Natura piekny obraz Malowala:
 Tak/ y nie rownie/ w wieksze ozdobienie
 Cnota/ y umysl/ y serce przybrala
 Tak/ ze dla pochwal/ w ktorych obsituie;
 Nie dziw/ ze serce przyiaznia krepuie.

XI.

Wiec juz szesliwym/ poniewaz zacjeiem/
 Do sladkich wiezow/ stanu Malzenstkiego/
 Za Cythereystim/ idziecie Panieciem/
 Kosowna Pairo/ Symenu wiecznego:
 Niech wam za pierwszym zwiastkow tych przyiecieim/
 Obsite dary z skarbu Niebieskiego;
 X od naywyzszej/ Dobroci po plynq;
 Niech Wam/ Sybile zloty wiek rozwinq.

XII.


X czemuż złote Bogini mieszkacie/
 Tam gdzieś/ na Wyspach szesliwych zakryte?
 Czemu w Sarmacki kraj nie pospieszacie/
 Przebywszy lotem/ morza nie przebyte?
 Czy iesze wiekow/ Saturna czekacie/
 Latq fortunne/ latq zlotym lite?
 Idziecie co predzey/ idziecie w iasney porze:
 A wielkiej Kieźnie/ stawcie sie/ na Dworze.


A czy nie godne/ z Dworu tak zacnego/
 Dwie piękne światła/ y serc zgodnych dwoie:
 Abyście tropem wieku fortunnego/
 Czynili od rad/ złote tregi swoje:
 Godne/ y nader/ godne/ biegu tego/
 IANIE M VCHARSKI, madre laury Twóie;
 Która z Tobą/ w wiecznym związku stanie/
 ANNA, Sarmáckich Nymph jedno kochanie.

Tak Wam/ z słowiańskich Muż/ Dotá życliwe/
 I Helikonskie wrostki obiecuią;
 Tego po trzykroć/ odgłosy trzykliwe
 W Gorách Párnáskich słyszáne/ Winszuią:
 Niech Wam/ o Sercá piękne y szczęśliwe/
 Látá/ y dobrá fortune cholduią:
 I imie Wáśze niech sławá opowi/
 Gdzie niesmiertelność palác swoy stánowi.



2226
 3





1944

7226

3

